

communicare. **C**ontra suppositum arguitur  
 Primo sic scz qd papa nulli possit dare in-  
 dulgentiam plenariam sine plenissimam scz  
 omnium peccatorum qz secundum ordinem di-  
 vine iusticie pena sequitur culpam sed papa  
 non potest facere contra divinam iusticiam igitur  
 nec potest plenariam aut plenissimam indul-  
 gentiam dare scz relaxando omnem penam. **S**e-  
 cundo sic si papa posset talem indulgentiam  
 dare sequeretur qd penitentis non teneretur pe-  
 nitentiam iniunctam implere qz qd semel so-  
 lutum est amplius solui non oportet. **S**ed  
 hoc non videtur cum satisfactio sit vna peni-  
 tentie pars sacramenti. **S**ecundo papa non ha-  
 bet potestatem in mutandi aliquo circa sa-  
 cramenta igitur. **T**ercio sic si papa potest et  
 potestis posset dare plenam indulgentiam se-  
 queretur qd tales absoluti cum morerentur in-  
 mediate sine purgatorio euolarent ad celum.  
 Sed hoc non videtur qz adhuc possunt ha-  
 bere multa peccata venialia et de multis mor-  
 talibus de quibus fortassis non fecerunt con-  
 tritionem aut etiam confessionem igitur. **A**r-  
 guitur quarto sic. **C**ontra questum scz qd papa  
 inferioribus se episcopis non habet indulgen-  
 tiam committere. **E**t primo sic episcopus absque  
 auctoritate pape potest indulgentias dare igitur con-  
 sequencia nota. **A**ccedens probatur quia epi-  
 scopi sunt sponsi ecclesie. qd patet qz generat  
 filios et filias ipsi sponso christo. ergo defuncto  
 tali sponso debet de iure succedere in bonis  
 eius ut thesaurus eius possint auctoritate propria  
 dispensare et de ipso indulgentiam dare. **S**e-  
 cundo sic episcopi habent ordinariam iuris-  
 dictionem ergo in eorum diocesisibus propria iur-  
 isdictione possunt indulgentiam dare. tenet  
 sequencia. quia si in alijs habet quo ad su-  
 os inferiores potestatem igitur etiam indul-  
 gentiam committendis. **T**ercio sic episcopi succe-  
 dunt loco apostolorum sed apostoli auctoritate  
 immediata recepta a christo domino indulgentias  
 poterunt dare. unde dicit apostolus secun-

### Quinta.

da ad cor. scdo. **A**d donauit vobis si quid  
 donauit in persona christi donauit vobis gloriam  
 id est ac si ipse dominus donasset. **I**n oppositum sup-  
 positum. **A**rguitur maius est indulgentias da-  
 re quam excommunicare vel etiam reconciliare. **E**t ex-  
 communicate reconciliare. id est soluendi et ligandi fide-  
 les potestatem habet papa. **M**atth. xxi. quodcumque liga-  
 ueris super terram et quodcumque solueris ligatum et  
 solutum erit in celo ergo solus papa plenariam  
 habet auctoritatem dandi indulgentiam. **I**n  
 oppositum queritur. **A**rguitur quia non potest  
 quis remittere penas taxatas iure nisi ille  
 qui est peccator iuris. sed solus papa est pec-  
 cator iuris ergo solus ipse papa propria aucto-  
 ritate potest indulgentiam dare inferioribus  
 se scz episcopis et hoc limitate tamen. **C**ontra. **I**n  
 ista quidem tres erant articuli ponendi vni-  
 per supposito alter. per questum i. tercio mo-  
 dum duo pro quo sciendum. **Q**uantum ad pri-  
 mum notandum quod vulgariter plenaria aut  
 plenissima remissio indulgentiarum nomi-  
 natur indulgentia a culpa et a pena licet ve-  
 raciter dicatur quis affectus indulgentias  
 plenariam aut plenissimam cum sibi omnis  
 culpa et omnis pena remissa est. **S**ed proprie  
 loquendo de indulgentia. putat de ea loqui  
 incepimus non est nisi respectu remissionis  
 pene temporalis ad sensum sepe supradic-  
 tum. **S**ed in proprie nominatur indulgentia a  
 pena et a culpa. quia remissio pene presup-  
 ponit remissionem culpe in suscipiente. **U**n-  
 datur contritis et confessis nec ecclesia vult  
 illa forma scilicet a culpa et a pena. **S**ed proprie  
 et vere indulgentia plenaria aut plenissima  
 dicitur indulgentia. quia est remissio totius  
 pene debite. per peccatis. **U**nde voluit aliqui  
 quod in tali forma indulgentie plenissime con-  
 muniter datur facultas ut penitens in indul-  
 gentia suscepturus possit eligere ydoneum con-  
 fessorum qui absoluat eum ab omnibus pec-  
 catis. **I**ta quod non oportet eum recitare ad tu-  
 riam si habet casum papalem. **E**t secundum

*Indulgentia plenaria*

**BS**